

164 ossa | Ti. Caesaris divi Aug. f. | Augusti | pontificis maximi, | trib. pot. XXXIIX, imp. VIII, cos. V.

Romae, lapis medio aevo in opere adhibitus prope ecclesiam duodecim Apostolorum, ablati sine dubio ex mausolaeo Augusti, dudum latet vel periit (VI 887 ad exemplum potissimum Iucundi).

165 Agrippinae | M. Agrippae f., | Drusi Caesar. matri | ! ! ! ! ! ! ! ! ! !
! ! ! ! !¹ | d. d.

Laude Pompeia, hodie Lodi (V 6359; Huebner ex. scr. ep. n. 166). — Vipsania Agrippina, M. Agrippae filia, nupsit primum Ti. Neroni, ex quo mater exitit Drusi Caesaris (Suet. Tib. 7), deinde C. Asinio Gallo, Asinii Pollionis filio, consuli a. 746 (Tac. ann. 4, 12). (Frustulum alterius inscriptionis huius Agrippinae vide IX 2201. Ad libertum eius pertinet VI 9901 a). — 1) Erasmus nomen Asinii Galli reperitur etiam in titulis Ephesinis supra N. 97.

166 Druso Iulio Ti. f. | Augusti nepoti | Caesari.

Veronae, originis incertae (V 2151 = VI 908).

167 [Dr]uso Caesar[is], | Ti. Aug. f., deiui | Aug. nepoti, | deiui Iuli | pronepoti, cos.¹

Saguntii (II 3829). — 1) A. 13.

168 pleps urbana quinque et | triginta tribuum | Druso Caesari Ti. Aug. f., | divi Augusti n., | divi Iulii pronepoti, | pontifici, auguri, sodal. Augustal.¹, | cos. iterum, tribunic. potest. iter.², | aere conlato.

Romae rep. ad Tiberim sub Aventino (VI 910). — 1) Cf. Tac. ann. 1, 54. — 2) Consul iterum fuit Drusus a. 21, tribuniciam potestatem accepit a. 22 (Tac. a. 3, 56); titulus positus igitur a. 23 paullo ante mortem Drusi, aut (quod praetulerim, cum titulus Germanici (infra N. 176) gemellus sine dubio sit postumus) mortuo eo. Senatusconsulti facti post mortem Drusi a. 23 particulas habemus in fragmentis tabulae aeneae VI 912.

169 [D]ruso Caesari | [Ti.] Augusti f., divi Augusti | nepoti, divi Iulii pronep., | [a]uguri, pontif., quaestori, | [f]lamini Augustali¹, cos. II, | [t]ribunicia potestate II, | [ci]vitates IIII vallis | Poeninae².

S. Maurice in valle Poenina (XII 147). Hic quoque titulus videtur positus post mortem. — 1) Nota Drusum dici flaminem Augustalem pro sodali Augustali. Quindecimvir sacris faciundis fortasse dictus est Drusus V 4951 (modo constet de supplemento). — 2) De quattuor civitatibus vallis Poeninae (fuerunt autem Nantuates, Varagri, Seduni, Uberi) cf. Mo. C. XII p. 20.

170 [Liviae Drusi Caesaris, matri T]i. et Ge[rmanici Ca]esarum¹ h . . .²

Prope Brixiam, fragmenta duo, coniunxit Labus, supplevit Mommsen (V 4514). De Livia, Neronis Drusi et Antoniae filia, C. Caesaris primum, deinde Drusi Caesaris uxore, interfecta a. 51, cf. potissimum Tac. a. 4, 3. 4, 40. 6, 2 (memoratur in titulis servorum VI 4549, Bull. com. 1890 p. 10, fortasse etiam VI 8711). — 1) Gemelli nati Druso Caesari e Livia a. 49 (sed de anno dubitat O. Hirschfeld Herm. 25, 1890 p. 566 seq.) cf. Tac. ann. 2, 84; C. I. Gr. 2650; nummi cum inscriptione Τιβ. Γεφ. Καλοαρεφ (ann. inst. 1851 p. 252). — 2) h littera fracta est, sed certa.